



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXXIV. De Vindicta hujus rebellionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Hanno de Sangerhausen VII. Magister Gen. Ord. Teut.
Ludovicus de Baldersheim VII. Mag. Prov. in Prussia.*

na non adhaesit Mestrovvinus primogenitus ejus. Sed mortuo Patre, dum esset Dux Pomeraniae, temerario quodam ausu, sequens sinistra patris sui prima vestigia, induxit Pruthenos; quod cum exercitu terram Colmensem & Episcopatum Pomesaniensem ex opposito castris sui Nuvvenburg destruerent incendio & rapina, & XV. naves Fratrum oneratas rebus necessariis ad defensionem fidei & fidelium Prutheni ex una parte Wifese & castrenses de Nuvvenburg ex altera fortiter impugnaverunt, quousque nautae coacti, cum aliter evadere non possent, ejectis de navibus rebus omnibus evaserunt.

*An. Domini MCCLXVIII.
Conradinus Nepos olim Frederici Imperatoris II. in bello à Karolo Rege Celtae praedicto capitur & cum multis Nobilibus de Almannia decapitatur.*

CAP. CXXIV.

De

Vindicta hujus rebellionis.

Quo percepto, Magister & fratres collecto magno exercitu intravit in die Beatorum Petri & Pauli Apostolorum terram Pomeraniae circa castrum Dersoviam & utriusque castris territoria circumjacentia captis multis hominibus & pecoribus incendio devastavit. Quo facto Mestrovvinus Dux Pomeraniae, qui prius tanquam Leo saevit in fratres, & eorum subditos, modo ex vexatione hujusmodi mitigatus cum multis precibus humiliando se obtinuit à magistro, quod inter eum magistrum & Fratres fuit pax pristina reformata.

CAP.